

miserit eum in lacu leonum. et erat ibi sex diebus. Porro in la-
 cu erant leones septem. et dabant eis cotidie duo corpora et duc oues.
 Et non data sunt eis. ut deuorarent daniellem. Erat autem abacuc
 propheta iudea. et ipse coxerat pulmentum. et intruerat panes
 in alueolo. et ibat in campum. ut ferret messoribus. Dixitque angelus
 ad abacuc. Fer prandium quod habes in babilone danieli. quod est
 in lacu leonum. Et dixit abacuc. Domine. babilone non uidi. et lacum
 nescio. Et apprehendit eum angelus domini in uertice eius. et portauit eum
 capillo capitis sui. posuitque eum in babilone super lacum in impetu
 spiritus sui. Et clamauit abacuc dicens. Daniel serue dei. tolle pran-
 dium quod misit tibi deus. Et ait daniel. Recordatus es enim mei domine deus
 meus. et non dereliquisti diligentes te. Surgensque daniel comedit.
 Porro angelus domini restituit abacuc ceterum in loco suo. Venit
 ergo rex die septima. ut lugeret daniellem. Et uenit ad lacum et
 introrsit. et ecce daniel sedens in medio leonum. Et clamauit
 rex uoce magna dicens. Magnus es domine deus danielis. Et ex-
 traxit eum de lacu. Illos autem qui perditionis eius causa fuerant
 intromisit in lacum. et deuorati sunt in momento coram eo. Tunc rex ait.
 Pauca habitantes in uniuersa terra domini danielis. quia ipse est li-
 berator et saluator. faciens signa et mirabilia in celo et in terra.
 quod liberauit daniellem de lacu leonum. *Oratio. Domine. pro carne causam meam da-
 mine abho. mine in quo et dolo lo eripe me. Et uita
 luce uiam. et ueritatem tuam. ipse me declu. et uita q. addu
 et in monte sanctu tu um.*
In illis. Ambulabat Sedin Iohannem. *et in monte sanctu tu um.*
 ihesu in galileam. non enim uolebat in iudea ambulare. quia querebant
 eum iudei interficere. Erat autem in proximo dies festus iudeorum. scilicet
 nophagia. Dixerunt autem ad eum fratres eius. Transi hinc et uade in
 iudeam. ut et discipuli tui uideant opera tua que facis. Nemo
 quippe in occulto quod facit. et querit ipse in palam esse. Si hec
 facis. manifestas te ipsum mundo. Neque enim fratres eius credebant

